



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui ante nuptias concubinas habuerint. xvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De virginibus quæ virginitatem ante nuptias non custodierunt. Cap. XIII.

*Ex cõcil.
Elibertã.
cap. 5.*

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, eosdem qui eas violauerint maritos acceperint, quod solas nuptias violauerint, post pœnitentiam unius anni reconcilientur. Si alios cognouerint viros, eo quod mœchata sunt, quinquennio pœniteant, & sic ad communionem accedant.

Quòd nulli liceat concubinam habere. Cap. XV.

*Ex dictis
August.*

Audite charissimi membra Christi, & matris carissimæ Ecclesiæ filij. Quod dico competentibus, audeant fideles: quod dico fidelibus, audeant competentes. Quod dico fidelibus & competentibus & pœnitentibus, audiant & catechumeni, audiant omnes, timeant, & nemo contemnat. Sit mihi in consolationem vester auditus, ne vobis sit testimonium dolor meus. Competentibus dico fornicari vobis non liceat, sufficient vobis vxores, concubinas vobis non licet habere. Audiatur Deus si vos di estis, audiant angeli eius, si vos cõtemnitis. Concubinas non licet vobis habere. Et si non habetis vxores, tamen licet vobis habere concubinas, quas postea dimittat, & ducatis vxores. Tanto maior damnatio vobis erit, si vultis habere & cõcubinas & vxores. Non licet habere vxores, quarum priores mariti viuunt. Nec vobis fornicari habere viros licet, quorum priores vxores viuunt. Adulterium siue ista coniugia non sunt iure cœli, sed iure seculi. Illam sceminam licet habere, quæ per repudium discedit a marito. Solius fornicationis causa, licet vxorẽ adulteram dimittere, sed illa viuente, non licet alteram ducere.

*De illis qui ante nuptias concubinas habuerunt.
Caput XVI.*

Itẽ Aug

Quale est & illud quod multi virorum ante nuptias concubinas sibi adhærere non erubescunt, quas post aliquot annos dimittunt, & sic postea legitimas vxores accipiunt: Vnde coram Deo, & coram angelis contestor, atque denuncio, Deum & ista semper probauisse, & nunquam ei placuisse. Et præcipuè temporibus Christianis concubinas habere nunquam licet, & nunquam licebit.